

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Tempus siue temporale a
cum fonte primo

Inter temporalia et eterna
hoc interest: quod temporale plus
diligitur antequam habeatur, uilescit
autem cum aduenerit. Non enim satiat
animam cui uerax et certa sedes
eternitas, eternum autem ardentius
diligitur adeptum quam desideratum.
Nulli enim desideranti conceditur plus
de illo estimare quam se habet
ut ei uilescat cum minus inuenerit,
sed quantum quisque
ueniens estimare potuerit, plus
perueniens inuenturus est.

Augustinus libro I. de doctrina
Christiana.

Inter temporalia quippe atque aeterna
hoc interest, quod temporale aliquid plus
diligitur, antequam habeatur, uilescit
autem, cum aduenerit; non enim satiat
animam, cui uera est et certa sedes
aeternitas: aeternum autem ardentius
diligitur adeptum quam desideratum.
Nulli enim desideranti conceditur plus
de illo existimare, quam se habet,
ut ei uilescat, cum minus inuenerit,
sed quantum quisque
ueniens existimare potuerit, plus
perueniens inuenturus est.

Augustinus Hipponensis, *De doctrina
Christiana*, 1, 38 (CCSL 32, K.D. Daur
& J. Martin eds., p.31, ll.6-14).